Franciscus quadam facie pretensa duricia in
sompnis apparuit, et hesitacionem cordis
ipsius redarguens, elevavit brachium dextrum,
detexit vulnus, fialamque poposcit ab ipso ut
scaturientem reciperet sanguinem qui ex latere
defluebat. Obtulit in visione summus ponti
fex fialam postulatam, que usque ad summum san
guine profluente de latere videbatur impleri.
Extunc ad illud sacrum miraculum tanta ce
pit devocionis affici et emulacione fervere,
ut nullo modo pati posset, quod aliquis prefulgen
cia illa signa superba presumeret impugna
cione fuscare, quin eum severa increpacione
Erat quidam ordine minorum ferveret.
officio predicatorum, virtutis et fame pro
gativa pollens, cum firmiter erat de sancti stig
matibus persuasus, dum humano sensu mira
culi huius apud se racionem perquireret du
bitacionis cepit quodam scrupulo titillari.
Cum igitur per dies plurimos sensualitate su
mente vigorem luctam huiusmodi pateretur,
nocte dormienti sanctus Franciscus pedibus luto